Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

possunt. Primum enim ieiunium dedisse operam numquam
audivimus. non forte hoc ieiunium ieiunavit. quod di
vinum iudicium magis probavit. uti ait. Nonne hoc
magis est iudicium quod elegi. Dissolve colligationes
impietatis solve fasciculos deprimentes dimit
te eos qui confracti sunt liberos. et omne onus dirumpe
cum videris nudum operi eum. Vicies ieiunavit. et neces
sitati manducavit. et omnibus egentibus panis sui bu
cellam communicavit. Immunis eorum fuit qui ad hominum
intuitum runcantes sive grunnientes. se tamen va
cant. Solitarii quia cecorum claudorum aridorum semper eum
sequebantur centenarii. ita ut pene non esset claudus
aut cecus. quem ex nomine non sciret episcopus. Ostium eius ut et
animi divinus viatori patuit. et cum abegenus inclama
retur ut moris est multis intus clausis non latuit
sed totis apertis foribus exiliens cum omnibus profuisset
letabatur progrediens. Semper hilaris et letus semper pa
cificus et quietus comitantes et advenientes semper
hilares reddidit et letantes. Si talibus non placuit.
nescio quibus placuit. Frustra ergo videtur mihi dicere eum
misericordem. compatientem. humilem. non aliquod eorum indi
cium exempli causa ponamus. Humilia ei pene omnibus super
flua videbantur ita ut etiam aliqui dicerent quia eius negligen
tia in episcopio multa fierent inconvenientia. Quod
et in exemplum sumens sanctus pater Leo quasi inquit sancti viri
patientiam umquam ascriberet mihi et non potui. socordie.
Cumque populi multitudinem ad eius sepulchrum cum votis
et oblationibus concurrentem vidisset nec inquid Bardo
edificat si ante neglexerat. Erat enim publicum in
populo. quoniam Bardonis edificium ruinam esset. quoniam cum
ceciderit tibi lapidibus reedificasset. Ergo compatientie
eius aliquod ponamus exemplum. Paschali tempore cum alicu
bi iter ageret quidam ei obviam factus est. qui reatu ho
micidii suscepta sententia. pascalibus diebus fuit in
penitentia. Ad quem episcopus. tu inquid cum respicis impium
Christi. Verum. Cui ille. quasi ergo te communis excunculationis
tempore vinculavit. Ait rusticus Peccatis meis
instigantibus feci homicidium. et ideo libens hoc pati
or iudicium. Non tulit hoc ultra episcopus. sed ait ad capel
lanum suum. Depone ab eo sententiam. Et ad rusticum
tu inquit ad divinum vade sacerdotem et dic ei ex me. ut unum
de duobus deliberet. aut ipse sententiam tuam impleat.
aut se tecum suis orationibus redimat.

Aliud Etiam humilitatis eius indicium pro
ferre placet. Fuit Fulda quidam monachus
nomine Luydnandus moribus gravis et mature etatis. huic
sancto viro valde familiaris. Hic ergo quadam nocte vidit
se quasi in via profundissima. nigerrima et lutulentissima
Cumque ibi diu vie nescius cum magno labore perraret
subito in margine laci aspexit. quendam iuvenem etatis
florentissime et vestis candidissime. Qui ait ei. Quo tu
miserrime graderis. Erras inquit nescis quo devenies
dicit monachus. Ita est domine. Miser ego. unde autem quomodo huc
venerim ignoro. et quo deventurus sim nescio et addidit.
Rogo te ad viam me. Misertus eius iuvenis extensa ma
nu attraxit eum ad se. Ducensque eum per pratum viridi graminis
et diversorum florum ostendit ei magne ~~pietatis~~ dignitatis sedile. duosque
iuvenes in eodem eminenti loco stantes. et illud sedile
custodientes. Et ait ad monachum iuvenis. Nosti hec
cuius sint. Qui respondit. Non domine. dicit iuvenis Archi
presulis Bardonis hec sedes est. quem in tanta dignitate
sola meruit humilitate. Qui astant eam sibi custodiunt.
usque dum exutum corpore in eadem sede recipiunt. Hic dictus
monachus expergefactus somnium hoc nobis cum magna
dulcedine narravit.

Post Hoc eius studium et opus cum divina benivo
lentia censeret eum transferendum ex temporali inconstantia
et labore ad statum et quietem felicitatis eterne ipse quoque con
scius secretorum divinorum multis orationibus. et aliquanto atten
tioribus sancto martino se commendavit. aggressoque itinere ad
poderbrunnum properavit. ibique regem inventum humil
lime salutavit. Die ergo sanctissima pentecostes agens ibi
missarum in publico sollempnia. post sancti evangelii lectionem.
stabat locuturus ad plebem. Sed quoniam nos in hoc libro in
profundum navigavimus. iam festinamus ad huius tematis litus.
ut ne saturato lectori tedii pituita proponamus. Sermonem
autem eius omni humana divinaque precellentes sapientia legere
volentes in totum libellum differimus. in cuius campo stu
dioso lectori nos satisfacturos credimus. Et digni sunt non
oblivisci. quomodo et hunc sermonem quem modo differimus declama
vit spiritum sanctum. post eum loquentem dicere vocem omnium incita
vit. Ergo postquam sermonis finem fecit. intiecta paulu
lum silentii mora suspiravit ex intimo corde. dixitque
prophetica voce. Iter acturus sum pater et fratres ad quod minus
caute paratus sum. Longum est iter. sed sumptum breuem
habeo. et quid faciam estuo. Ad castra enim regis eterni
vocor. vel in me totum bellum vertetur. totus estus plus vel si
victos fuero meritis enim meis stare non valeo. quid pla
candi causa iudici offeram nescio. Vestras ergo preces pre
cedere me precor et subsequi. quatenus ante maximum iudi

246